



C O P I A

A LA LETRA DE LAS DOS CLAVSVLAS

8.y final de la disposicion vniversal de herencia de Don Bernardo de Cabrera , Conde de Modica, y de Osona, y Visconde de Cabrera, y Bas, en que el Excelentissimo Señor Conde , Duque , y Señor de Hijar , Marquès de Orani , &c. Como descendiente por linea recta de Doña Timbor de Cabrera , hija del Vinculador , fundo vno de los dos medios, con que aspira á la sucession de estos Estados.

CLAVSVLA VIII.

FT si forsàn omnes dicti filij masculi jam dicta Sanxia Ximenis, & alij descendentes ex eadem per lineam masculinam decesserint sub dicta forma, scilicet sine liberis masculis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo, & carnali matrimonio procreatis, vel ad dictam successionem habiles non fuerint, vel cognomen, arma, & signum de Capraria non assumpserint, seu portaverint, prout superius per nos est ordinatum, vel si dicta Sanxia filia nostra adveniente casu predicto, nobis ut pradicitur heres non erit, quia noluerit vel non potuerit, vel ubi nobis heres fuerit, & decesserit quandocunque sine dictis libero, vel liberis masculini tamen sexus, vel si dictus Egregius Bernardus Ioannes de Capraria filius noster, vel alter quisvis filius noster ante dictus, vel aliquis de descendantibus eorumdem, masculini tamen sexus nobis heres fuerit, sive fuerint, & ipsi filij nostri, & omnes descendentes ipsius, vel ipsorum decesserint per modum, & formam per nos in ipsis ordinatam, seu ordinatum superius, scilicet sine dictis liberis masculis, & ex mas-

masculino sexu descendantibus , his casibus , & quolibet ipsorum substituimus ei , vel eis , sic decedenti , vel decedentibus , & nobis heredem instituimus universalem aliam filiam nostram generis feminini , legitimam , & naturalem si tunc ex nobis unica superfuerit , & si plures fuerint , primogenitā , & natam earundem , per nos vero procreandā in aliqua alia consorte sive muliere per nos ducenda in legitimo matrimonio sana tamen mentis , si tunc vixerit , & si non vixerit , vel vixerint , & nobis heres non erit , quia noluerit , vel non potuerit , vel ubi nobis heres fuerit , vel deceperit quan- docunque cum libero , vel liberis , masculis , legitimis , & naturalibus substituimus ei , & nobis heredem instituimus universalem filium eius masculum legitimū , & naturalem sana mentis , & in sacris ordinibus non constitutum , vel in Religione professum , si eidem supervixerit , & si plus res fuerint primogenitum atque natum eorundem discurrendo totam lineam masculinam ex ipsa filia nostra descendantem vulgariter , pupillariter , & per fideicommissum , servato inter eos ordine primogenitura , & nativitatis , & alijs per nos superius ordinatis in filijs , & alijs descendantibus dicti Egregij Bernardi Ioannis de Capraria filij nostri .

CLAVSULA FIN.

Item , prohibemus omnino in perpetuum dicto Egregio Bernardo Ioanni de Capraria charissimo filio , & heredi universalis nostro , & alijs quibuscumque sibi , & alijs per nos substitutis , & alijs etiam quibusvis heredibus , vel successoribus nostris ante dictis , & cuilibet ipsorum , venditionem , alienationem , distractionem , longi temporis locationem , cessionem , & omnem alium quemcumque contrahendum , & modum , ex quo alienatio sequeretur , vel quod in fraudem alienationis fieri presumeretur , vel presumi posset alicu-

alicujus seu aliquorum vel aliquarum Villarum , Castro-
rum , & seu Locorum , reddituum , jurium seu proventuum
ipsorum , & ipsarum ac vassallorum nostrorum , & hoc ideo
quia cupimus , & volumus omnia predicta Castra , Villas ,
& loca , redditus , & proventus , & jura eorundem Castro-
rum , & Locorum ac Vassallos nostros in futurum conser-
vari per omnia , sine aliqua diminutione , & in posteros no-
stros , & liberos ejus mares , & ex masculina linea , ex eo ,
vel eis descendentes , vel etiam alios à nobis legitimos &
naturales descendentes ipso , vel ipsis deficientibus , per modum ,
& formam per nos superius ordinatum , & ordinatam in
perpetuum pervenire , & dicta bona nostra in eis perpetuare ,
& nulla exire de nostro nomine , & posteritate .